

Tabula 42.
CAMELLIA JAPONICA.

MONADELPHIA POLYANDRIA.

CHAR: GEN: *Cal.* imbricatus, polyphyllus foliis interioribus majoribus.
CAMELLIA japonica: Foliis acute serratis acuminatis *Syst. veg.* ed. xiv. p. 632.
Habitat in sylvis Japoniae. Floret inunte vere Martio, conservatur durante hyeme in frigidario, propagatur taleis.
Arbor vasta et alta in patria sua, in hortis vero nostris frutex tri- seu quadripedalis.
Rami teretes glabri alterni.
Folia alterna petiolata ovata acuminata argute serrata, utrinque glabra, coriacea, atro-viridia, venosa.
Flores coccineo-purpurei spectabilis in apice ramorum solitarii.
Pedunculus teres glaber brevis.
Calyx e foliolis novem imbricatis ovatis acutiusculis compositus.
Corolla pentapetala calyce triplo et ultra major; petalis subrotundis obtusis basi cohaerentibus.
Filamenta numerosa subulata basi connata in tubum.
Antherae subrotundae didymae.
Germen oblongum superum glandula nectarifera cinctum.
Stylus subulatus a succo nectarifero in staminum. Tubo recondito viscidus.
Stigma trifidum.
Capsula tricocca trilocularis trivalvis; valvulis coriaceis loculamento contrariis.
Nux subrotunda solitaria in quolibet loculamento, monosperma.
Observatio. Camellia et Thea conveniunt in plisque fructificationis partibus, ut in fere unum genus forment. Camellia differt a Thea, calyce polyphylo deciduo, et staminibus basi cohaerentibus. Cum Calyx tantum pentaphyllus persistens et stamina omnia libera sint in Thea.

Ramulus magnitudine naturali.
a. Stamen unicum. b. Pistillum.
c. Germen dissectum. d. Capsula matura.
e. Idem explanata. f. Nux. g. Nucleus.